

**Nr. 44**  
**Kundschaft – 1340, Oktober 16**

*Kundschaft über die Rechte von St. Klara und Dietrich von Gutenberg, Kämmerer von Mainz, an der Ortsvogtei – Verkauf der Vogtei im Jahre 1318 – Bestätigung durch das Gericht.*

*StAMz, 1340, Okt.16 (Notariatsinstrument, Ausfertigung, Pergament);*

*Druck: Schaab, Buchdruckerkunst II, S.446-452;*

*Regest: Dertsch, 1123.*

In nomi(n)e Dom(in)i amen.

Univ(er)sis (Christ)i fidelibus hoc presens inst(rumentu)m publicu(m) visuris, l(ec)turis seu auditor(is) maxi(m)e t(ame)n hiis quor(um) inte(r)est v(e)l int(er)erit, pateat evident(er), q(uo)d an(n)o nativitat(is) d(omi)nice millesimo tricentesimo quadagesimo, ind(ic)tion(e) nona, pontificatus sa(ncti)ssimi in (Christ)o patris et d(omi)ni n(ost)ri d(om)ini Bened(ic)ti, digna Dei gr(ati)a p(a)pe XII. anno sexto, die sextadecima mensis octobris, que fuit ip(s)a die b(ea)ti Galli abb(a)tis, hora diei eiusdem quasi c(ir)ca horam tertiam<sup>a</sup>, in villa Dreyse p(ro)pe F...nthenam<sup>1</sup> Magunt(inensis) dioec(esis), sub arborib(us) ubi scult(etu)s et scabini seu justiciarii eiusdem ville consuev(eru)nt p(ro) judicandis causis judic(i)o presidere, convocatis (et) congregatis in unu(m) discretis viris d(i)c(t)o G„delin sculteto, Petro d(i)c(t)o Mutzenbecker, Dilone d(i)c(t)o Stolzherre, Haneman(n)o d(i)c(t)o H£ne (et) Heilmanno d(i)c(t)o Kelne(r) scabinis seu justiciariis eiusdem ville Dreys comp(ar)ueru(n)t coram eis in p(re)sentia mei, Heinrici de Augusta, cl(er)ici Magunt(inensis) publici imp(er)iali auc(torita)te notarii, et testium subsc(ri)ptor(um) ad hoc vocator(um) et specialiter rogator(um) discretus vir Theodericus d(i)c(t)us de G£denberg armiger una cum strenuis vir(is) d(omi)nis Rup(er)to d(i)c(t)o de Sonnenb(er)g et Herman(n)o d(i)c(t)o Hirte de Saue(n)heim militib(us) ac Johan(n)e d(i)c(t)o B...ser armig(er)o, quos d(ic)t(us) Theod(er)ic(us) illic p(ro)pt(er) infra scripta secu(m) addux(er)at (et) rogarat ex una p(ar)te, ac religiosus (et) honestus vir frater Herbordus de Nakheim, syndicus seu p(ro)curator religios(arum) d(omi)nar(um) abbatisse et conventus monast(er)ii et ordinis S(anc)te Clare in Maguntia una cum prudenti viro d(omi)no Heinrico d(ic)to Cleman sculteto (et) discretis viris Petro d(i)c(t)o zu Liechtenb(er)g, cive civitatis Magunt(iensis) ac Petro d(i)c(t)o Bilgrin armig(er)o, quos similiter idem frat(er) Herbordus illic secu(m) addux(er)at (et) rogarat ex alt(er)a p(ar)te.

Fuitq(ue) ibidem p(ro) p(ar)te eiusdem fratris Herbordi ac p(ro) d(i)c(t)is religiosus d(omi)nabus suis (et) eor(um) monasterio coram prefatis militibus scul(te)to (et) scabinis seu justiciariis d(ic)te ville ac aliis ibidem presentib(us) v(er)bo p(re)positu(m) publice (et) expresse, quod advocatia d(ic)te ville Dreyse et jura p(er)tinencia ad eandem, quam d(ic)tus Theod(er)icus ad se ex successione hereditaria devolutam esse dicebat (et) etiam l(egi)time p(er)tinere(t), non ad ip(su)m Theod(er)icum sed ad prefatas religiosas d(omi)nas abbatissam et conventum et earum monast(er)ium pred(ictu)m legitime p(er)tin(er)et et p(er)tinere deberet ex vendic(i)one, donac(i)one et tradit(i)one eisdem d(omin)abus[!] et ear(um) monast(er)io f(ac)tis dudum p(er) quond(am) nobiles viros domicellos, Herman(n)u(m) de G£denb(er)g natu(m) qu(on)da(m) nobilis viri d(omi)ni Ebirhardi

---

1 Finthen.

d(ic)ti de G£denb(er)g olim cam(er)arii Maguntinen(sis) ac Ebirhardu(m) (et) Joh(ann)em fr(atr)es d(i)c(t)os de G£demberg filios qu(on)da(m) nobilis viri d(omi)ni Philippi de G£demb(er)g militis (et) si(mi)l(ite)r cam(er)arii Magunt(inensis), qui veri d(omi)ni (et) possessores eiusdem advocatie extit(er)ant du(m) vivebant, q(uo)dq(ue) eodem religiose d(omi)ne no(m)i(n)e sui monast(er)ii antedicti eandem advocatiam tanq(ua)m eiusdem monasterii p(ro)priam tanto temp(or)e tenuissent (et) etiam possedisse(n)t pacifice (et) quiete, q(uod) ip(s)am ac omnia (et) singula eius jura etiam legitime prescripsissent.

Ad quor(um) ut sic p(re)positor(um) p(ro)bat(i)onem et veritatem idem frater Herbordus, quo supra nomine duo instrumenta publica et autentica in medium inducebat et etiam exhibebat, consc(ri)pta p(er) manum mag(ist)ri Conradi de Alsfeld d(ic)ti de Kappele Magunt(inensis) dioc(esis) publici imp(er)iali aucto(ritate) notarii (con)scripta<sup>1</sup> signoq(ue) ip(s)i(us) consueto (et) solito consignata om(n)i p(ro)rsus vitio (et) suspit(i)one carentia quor(um) unum sigillatu(m) extit(er)at honorabiliu(m) viror(um) d(omi)nor(um) iudicum S(anc)te Magunt(inensis) sedis ac prefati quondam domicelli Herman(n)i de G£denberg sigillis veris cereis pendentib(us) sanis, integris et illesis, cui(us) quidem instrumenti tenor sic incipit: In no(m)i(n)e d(omi)ni amen. P(er) hoc presens publicu(m) instr(umentu)m ip(su)m audit(ur)is seu visuris pateat universis, q(uod) anno incarnat(i)onis eiusdem mill(esi)mo tricentesimo decimo octavo, indic(ti)one prima, tricesima die mensi januarii<sup>1</sup> int(ra)ntis, hoc e(st) feria s(e)c(un)da p(ro)xima ante purificat(i)one)m B(ea)te Marie Virginis, pontificatu sa(ncti)ssimi in (Christ)o patris ac d(omi)ni Joh(ann)is di(vi)na p(ro)viden(tia) p(a)p(e) XXII. sacros(anc)te Roman(e) ecc(lesi)e sum(m)i pontificis, in capella S(anc)ti Panthaleonis sup(er) monte(m) mon(asterii) S(anc)ti Jacobi ext(ra) mur(os) Magunt(inenses), hora c(ir)ca meridiem, constitut(us) in p(re)sentia mei notarii publici inf(ra)sc(ri)pti (et) testi(um) subsc(ri)ptor(um) nobilis vir Hermann(us) armig(er) d(ic)tus cam(er)arius de G£demb(er)g natus qu(on)da(m) nobilis viri d(omi)ni Ebirhardi cam(er)arii Mogunt(inensis) d(ic)ti de G£demb(er)g totam p(ar)tem advocatie sue, qua(m) in villa Dreyse (et) ei(us) t(er)minis p(ro)pe villa(m) F...nthene sita habe(re) dinoscit(ur) pleno iure etc.

Alt(er)um v(er)o instr(umentu)m sigillatu(m) erat similit(er) honor(abiliu)m viror(um) d(omi)nor(um) iudicum S(anc)te Mogunt(inensis) sed(is) pred(ic)tor(um) ac domicellor(um) Ebirhardi (et) Joh(ann)is fratru(m) de G£demb(er)g p(re)fator(um) sigillis veris cereis pende(n)tib(us) sanis etiam ac integris (et) illesis, cui(us) tenor sic incipit: In no(m)i(n)e d(omi)ni amen. Per hoc p(re)sens publicu(m) instr(umentu)m pateat univ(er)sis, q(uod) anno ab incarnat(i)one eiusdem mill(esi)mo 318., ind(i)ctione prima, octavo die mensis februarii<sup>1</sup> intrantis, in hospicio viri discreti Ditzonis cell(er)arii, honor(abilis) viri d(omi)ni W(er)nheri p(re)positi ecc(lesi)e S(anc)ti Victoris ext(ra) mur(os) Mogunt(inenses) d(ic)ti de Bolandia, hora infra versp(er)as, pontificatu sa(ncti)ssimi in (Christ)o p(at)ris ac d(omi)ni Joh(ann)is, di(vi)na p(ro)viden(tia) p(a)p(e) XXII. sac(ro)s(anc)te Roman(e) ecc(lesi)e sum(m)i pontificis, constituti in p(re)sentia mei publici notarii infrascripti (et) testium subsc(ri)ptor(um) nobiles viri Eberhardus (et) Joh(ann)es fr(atr)es de G£demb(er)g nati quonda(m) nobilis viri d(omi)ni Philippi militis (et)

1 Über der Zeile eingefügt.

1 1318, Januar 30; s. DERTSCH, 595.

1 1318, Februar 8; s. DERTSCH, 596.

cam(er)arii Magunt(inensis) d(ic)ti de G£demberg, pari consensu (et) unanimi volu(n)tate etc.

Que quidem instrumenta pred(ic)t(u)s frater Herbordus ibidem legi petiv(er)at p(er) me notariu(m) suprad(ic)t(u)m et exponi solle(m)p(n)iter in vulgari de verbo ad verbu(m) ad intelle(ctu)m pred(ict)i Theod(er)ici ac d(i)c(t)or(um) militu(m) ac alior(um) ho(m)in(i)um, qui ibidem p(re)sential(ite)r existebant. Idemq(ue) Theodericus l(e)cturam (et) exposit(i)o(n)em instr(ument)or(um) h(uiusmod)i a me notario si(mi)l(ite)r cu(m) instantia requirebat. Ego ig(itur) notari(us) sup(ra)d(ic)tus eadem instr(ument)a publica ibidem sucessive de v(er)bo ad verbu(m) publice legi ac ad intelle(ctu)m o(m)ni(u)m ibidem presentiu(m) t(ra)nstuli in vulgari nil addito v(e)l detracto. Instrumentis itaq(ue) h(uiusmod)i sic l(ec)tis et p(er) ordi(n)em vulgarizatis ac ab om(ni)b(us) ibidem astantib(us) (et) p(re)sentib(us) auditis (et) plenissime intell(ec)tis prefatus frater Herbordus no(m)i(n)e d(omi)nar(um) suar(um) pred(ic)tar(um) a sup(ra)d(ic)tis scul(te)to (et) scabinis seu justitiariis ville Dreys fecit (et) petivit inquiri solle(m)p(n)it(er), ut e(st) moris, ut iidem scult(etu)s (e)t scabini ibidem p(er) jurame(n)ta ip(s)or(um) sententiando publice recitare(n)t, quid eis constaret de t(ra)ns(ati)one d(ic)te advocatie ac jurium ip(s)i(us) de suprad(ic)tis nobilib(us) ad prefatas religiosas d(omi)nas (et) ear(um) monast(er)ium anted(ic)t(u)m.

Idem ig(itur) scult(etu)s (et) scabini seu justitiiarii sup(er)i(us) no(m)i(n)ati talit(er) requisiti se mox t(ra)hentes ad p(ar)tem (et) deliberat(i)one int(er) ip(s)os preh(ab)ita ad pred(ic)t(u)m iudicii locu(m) redieru(n)t d(ic)t(u)sq(ue) scult(etu)s suo (et) alior(um) suor(um) soc(i)or(um) no(m)i(n)e ip(s)is etiam audie(n)tib(us) (et) postea (con)firma(n)tib(us) ibidem p(er) juramentu(m) s(e)n(tent)iando publice recitaru(n)t, q(uod) ip(s)i om(n)es (et) sing(u)li a viginti annis cit(ra) ab ip(s)or(um)

p(re)decessorib(us) semp(er) audiv(er)int, q(uod) p(re)fati nobiles d(ic)ti de G£demb(er)g olim d(ic)te advocatie veri d(omi)ni (et) etia(m) poss(ess)ores eandem advocatiam cum suis jurib(us) pred(ic)tis religiosis d(omi)nabus (et) ear(um) mo(na)st(er)io dudu(m) p(ro) quada(m) certa pecunie sum(m)a vendidissent, tradidissent l(egi)time et donassent, quod etia(m) ip(s)i nobiles tu(n)c fac(er)e potuissent cu(m) advoc(at)ia(m) eande(m) tanq(uam) p(ro)priam tal(ite)r possedissent, q(uod) de ea dispon(er)e potuissent sine impedime(n)to (et) cont(ra)d(ic)tionem cuiusl(ibet) ho(min)is p(ro) eor(um) libito volu(n)tatis. Q(uo)dq(ue) ip(s)i scult(et)us et scabini seu justitiarii a d(i)c(t)o temp(or)e cit(ra) audiv(er)int et viderint prefatas religiosas d(omi)nas sui mo(na)st(er)ii pred(ic)ti no(m)i(n)e eandem advocatiam ac jura ip(s)ius tanq(uam) p(ro)pria(m) seu p(ro)pria pacifice posside(re), in tantu(m) etiam, q(uod) ip(s)e d(omi)ne aliquam impetit(i)o(n)em sive impedimentu(m) in eadem advocatia v(e)l eius jurib(us) a nullo homin(um) penitus habuissent.

Quib(us) sic p(er)actis et gestis p(er) ordinem ut prefert(ur) seped(ic)t(u)s frat(er) Herbordus me pred(ic)t(u)m notariu(m) publicum sub mei officii debito requirebat, ut sibi ac d(omi)nab(us) suis pred(ic)tis sup(er) p(er)missis om(n)ib(us) et sing(u)lis publicu(m) confic(er)em instr(umentu)m. Suprad(ic)tus v(er)o Theodricus de G£demb(er)g ut sic s(u)b(s)tituit et nichil ibidem ulterius p(ro)posuit v(e)l petivit.

Acta (et) gesta sunt hec anno, ind(ic)tionem, pontificatu, mense, die, hora et loco sup(er)ius designatis p(re)sentib(us) strenuis viris d(omi)n[is Ruperto dicto]<sup>1</sup> de Sunnenb(er)g (et) Herman(n)o d(i)c(t)o Hirte de Saueh(eim) militib(us), prudenti viro d(omi)no Heinrico Cleman scul(te)to Magunt(inensi) ac discretis vir(is) Petro d(i)c(t)o zu Liechtenb(er)g cive Magunt(inensi), Jo[hanne dicto Büser]<sup>2</sup> et Petro d(i)c(t)o Bilgrin armig(er)is sup(er)ius nominatis, Wentzone d(i)c(t)o Hollend(er), Heneckino d(i)c(t)o Zinckfel et Petro d(i)c(t)o zum Wisebede(n), stipendariis civitatis Magunt(inensis), Philippo famulo d(omi)ni Heinrici scul(te)ti Magunt(inensis) pred(ic)ti et q(ua)m plurib(us) aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis p(ar)iter et rogatis.

Et ego<sup>3</sup>, Henricus Henrici de Augusta, clericus Magunt(inus) publicus imp(er)iali auc(toritate) notarius suprad(ic)tus premissis om(n)ib(us) (et) sing(u)lis sicut de verbo ad verbum sup(er)ius enarrant(ur) du(m) ut sic ag(er)entur (et) fierent die, hora (et) loco sup(er)ius designatis presens interfui una cu(m) testib(us) prenotatis eaq(ue) sic fieri, vidi et audivi. Id(e)o hoc presens instr(umentu)m publicu(m) exinde confeci manu p(ro)pria scripsi principia duor(um) instr(umentu)m de quibus sup(ra) fit mentio fidel(ite)r interserendo signoq(ue) meo consueto (et) solito signavi rogatus (et) requisitus in p(re)missor(um) o(mn)ium testimoniu(m) atq(ue) robur.

1 Vorlage verschmutzt, Ergänzung nach SCHAAB, Buchdruckerkunst II, S.452.

2 Vorlage verschmutzt, Ergänzung nach SCHAAB, Buchdruckerkunst II, S.452.

3 Links neben diesem Absatz das Notariatssignet.